

§. XI. Memorata hæc de fonte Sale, sine sale  
 sunto: nunc de Salinarum ibi fontibus adjiciamus pluscu-  
 la. Tametsi muria pro pluribus sufficiat effodiendis, sin-  
 gulari tamen cautum interdicto est, Ao. 1263. ab Archi-E-  
 piscopo Ruperto, ne plures, qvam occurunt hodieq; qva-  
 tuor, in usu sint. Præcipuus Teutonicus (der Deutsche Born)  
 alter ab Anno frugi, (der Gut Jahr) tertius à nomine  
*Slavorum*, (der Meteriz) qvartus denique à familia il-  
 lustri dictus, Hacke sive Hageborn. Postiores duos ab  
 Hermunduris antiquis dictos refert eqvidem in Chronic.  
 Mansfeld. l. i. c. 3. Cyriacus Spangenberg. cùm tamen *Vener-  
 dorum* nomen barbarum Autorem prodat Meteriz; &  
 de postremo manifeste scripsit Brotuffius 2. Chronic. 4.  
 f. 574. Nach etlicher Zeit (loqvebatur autem de Comitibus  
*Wetbni*) sollen die Freyherren von Hageborn / etwa zu  
 Holloben im Dorff / in der Bey gesessen / den Hageborn  
 erbauet habent / welche Herren des Geschlechtes der alten  
 Schwaben gewesen. Aqvæ salsæ tam interdiu, qvam no-  
 stu improbo labore exantlantur, atque accurato ordine  
 per officinas Salis atqve casas (Salskothē) centum & du-  
 odecim (de qvibus sigillatim egit Comes Salinarum Iau-  
 datissimus Hondorffius c. 12.) distribuuntur. Fontium i-  
 storum scaturigines qui nobis proprius detexerit, insignes  
 meriturus gratias Apollo cluet. Vitio non vertat nobis  
 Lector innocens scrutinium, si statuerimus, salsuginosa  
 & communia inter lacum saltum magnum & profundum  
 (juxta Seeburg / qvà Halis pergitur Islebiam) primordia  
 à diluvii, aut planè Orbis conditi primordio, antiquissima.  
 Mineralium ac Metallorum primus autor ac dñmisq; eis  
 omnipotente verbo FIAT vim πολαπλασιανην salinis his  
 & aliis impressit. Terræ pariter, & maribus divinam  
 tribuit fecunditatis ευλογias. Salis nempe spiritus (de  
 qvo